

1515^o 23 Junii.

Sigismundus Primus Rex Poloniae
Barbara Regina Poloniae Conjugi-

88

Serena Princeps etc.
Arduam ac perdifficilem expectationem No-
stram, is tandem videtur, exitus consecutus,
qui nostre in Subditos et Fratrem in Idem
ac Charissimos nepotes Charitati debebatur.
Sereno namque Germano nostro, ac nobis con-
tinuis scriptis Casarea Celsitudo per huma-
ne recipit, se propediem in Linz, ac inde
Trium navigatione, Viennam peruenturam.
Quod etiam Doctor Balbus qui apud prefa-
tam Celsitudinem, Fratrem in Idem nomine
Oratorem egit, coram constantissimi asseve-
rat, addens insuper in Idem Casaream, nobis
pollicitam, adventus sui diem, indubie pre-
venturam, que in Idem vestre, ocissimi signifi-
canda curavimus, uti liquido intelligeret,
cuncta nobis, absque ulla jam procrastinatio-
ne, prospera ac jucundissimae, eventura, et
hanc tam molestam expectationem nostram
optimarum rerum, gloriosissimum fructum, mul-

taria con-

multifariam compensaturum. futurumque pro:
=pediem, ut ad mitem Vestram, magnis itine:
=ribus recurramus, ejus aptatissimam presen:
=tia perfructuri. Interim tamen, salutem mitem
Vestram, s: cujus continua cura, nos mirifice sol:
=licitat per nuntium nostrum, De more visen:
=dam Duximus, rogandamque mitem Vestram
ut eam omni industria, quam Diligentissime
confoveat, nosque De illa, certiores reddere
Dignetur, ac constanti, atque excelsio animo,
hoc reliquum absentia nostre tollerare, nullo
etenim labori, nullo conatu, nulli Denique
incommoditati nostre parsum sumus, ut ci:
=tissime ac omnium existimatione celerius
ad mitem Vestram recurramus, Cujus conti:
=nuo amor, nos etiam atque etiam commen:
=damus, orantes, ut eo nos, s: quod semper
facit penitissime, et indefesse, prosequato
mutuo id profecto, atque eximio cum feno:
=re factura, Quam, Divina Clementia, cum
Illima nata nostra, multo evo incolumem
semper feliciter, - Dat: Bononij Feria
Quarta proxima ante Festum Sancti Jo:
=annis Baptista, Anno Domini Millesimo
Quingentesimo, Decimo Quinto —

DD